nius est. Sanctus autem andreas fuit
colore niger prolixa barba statu
ra mediocris. Predicauit in achaia
et athenis et circa partes illas
fuit magni meriti. Unde legitur
quod quadraginta mortuos simul
suscitauit quod de nullo alio sancto
legitur qui sibi tot mortuos suscita
uerit. Filius namque sui hospitis
cum sperauerat per mare cum xxxix
socijs naue fracta omnes sunt submer
si quem inconsolabiliter lamentaret
pater in litore misericordia motus an
dreas fudit preces ad dominum et vite
redditi sunt uniuersi. Fuit etiam
valde pius sicut de eo legitur quod
sanctorum mitissimus erat. Fuit primo
discipulus iohannis baptiste et postea
ipse dominus eum in apostolum elegit
sicut dicit ewangelium. Cum dominus
ambularet iuxta mare galilee
vidit duos fratres petrum et andream
piscatores et ait eis. Uenite post
me faciam vos homines piscatores qui
dimiserunt statim rethe et nauim
et secuti sunt eum. Maximilla
uero uxor egee iudicis corpus apostoli
et honorifice sepeliuit. Aiunt
quidam de sepulchro andree manna
in modum farine et oleum cum
odore suauissimo emanare et
quod inde sit futura fertilitas in
omnis regionis ostenditur. Nam si ex
iguum profluit et exiguum terra
fructum exhibet si copiose copio
sum. Hoc forte antiquitus fuit ue
rum sed modo eius corpus apud con
stantinopolim esse translatum
perhibetur. tempore vero [illegible]
lica sancta per alme urbis [illegible]
conditur

De sanctis Saturnino Crisanto et Daria

Saturninus clarum et daria
apud numeriani uidit
Velerino rome passi sunt
Crisanti pater polemius vir il
lustris fuit alexandrinus genere
hic filium suum cuidam virgini eliga
ntis pulchritudinis iunxit quam ex
nobilissimis romanis fuisse constat.
Hic crisantus a beato carpopho
ro presbitero in litteris diuinis sanc
tis eruditus ad fidem christi conuersus
et predicatione sua ut virginitatem
suam deo seruaret inflexit et ut
pote nomine coniugii honestius caste
viuerent et alios baptizari fece
runt. Cumque ut per crisantum masculo
rum et per dariam sic eciam bea
ta uocabatur innumerabiles fere
ad christi gratiam confluerent. Igitur
post aliquod tempus orta est seditio adu
ersus eos qui erant romam. Velerino
qui prefectus urbis quo crisantum compre
hensos et tradidit eos tribuno clau
dio ut diuersis eos penis interficeret.
Claudius vero tribunus septuaginta
militibus ad torquendum crisantum
tradidit quem neruis crudis cum astrin
gunt. Sed mox ligamenta omnia re
soluta sunt. Deinde in carcere fe
tidissimo recluditur ut in tetro putido eius
urina contineret cum uinctum
odor qui tunc ibi erat in suauem
resoluitur. Deinde profunditur cum
lorio humano potentissimo ut
[illegible] in [illegible]
sed fetor in suauem odorem mutatur.
Deinde in corio recenti vitulino
inclusum stringitur et ad solem
feruentem exponitur. Sed vincere dum

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

corium ut erat molle permansit
Dein collum manus et pedes eius
catenis ferreis constringentes clau
dunt eum in obscurissimo loco sed
statim cathene solute sunt et tan
ta lux refulsit ut putarent
illuc inmissas lampades fulgere
apparitores vero annunciaverunt hec
numeriano qui iussit eum exhibi
tum sibi fustibus cedi sed allate
virge rigidissime illico ceperunt
in manibus cedentium mollescere
Quod videns claudius tribunus cum cen
tum et vestimenta induit et geni
bus eius provolutus cum universis
militibus orabat se fieri christianum
Qui eadem hora cathezizatus
baptismi graciam percepit Cum
illo hilaria uxor sua et duo
filii eius iason et maurus cum
familiaribus eius et septuaginta
milites cum universis servis
Quod tamen audiens imperator eum
sanctum et dariam misit in carcere
tulliano recludi ubi pudor
horribilis ascendebat quia ro
more et cetera secreta per co
actas cuniculos illuc ingere
demirebant Et inde daria in
publico meretricum lupanari
ponitur sed claudio lux divina et
odoramentum suavissima prebuit
Darie vero leo de cavea fugi
ens ad tutelam domini venit tunc
ingressus est cellulam in qua
sancta dei in oratione prostrata iace
bat iuxta eum qui prestitit ut
venientes et ingredi volentes
visu repelleret Cumque immisso

plebs populi xpi poterat venera
ret celerius presbiteros misit ignem
copiosum et ignitum celluli ubi
beata daria cum leone erat accendi
Tunc timidus leo paveret ac rugitum
daret dixit ei beata daria Egredere
securus et vade quia ille quem in
me honorasti ipse te liberabit
Exhibitique iubente imperatore
crisantus et daria celerino prefe
cto auditur equuleo igneum suspendit
sed statim omnia signa equulei com
minuta vincula disrupta sunt lam
pades applicate lateribus eius
extincte Hoc celerinus prefectus ve
hementer expavescens nunciavit
imperatori Ille vero malestias depu
tans misit eos duos via sala
ria in arenario et vivos deposi
tos et lapidibus obrui Passi
sunt autem die kalendis decembris
Ad quorum venerandam memoriam
cum multa veneracio des fieret
augustus ut et die natalicio
eorum frequenti populi multitudo conve
niret hoc nunciatum est imperatori
qui iussit ut terminum cripte
paries levaret Ac sicut factum
est ut omnes pre domo sacramenti
celebrarent in quo erat quod vero
presbiter et dyaconus magister et
plurimi clerici eorum

Quidam erat senex solitarius et mo
nachus in sanctuario beati petri die
quadam supplicavit beatum
amonem impellans eum ad eius
vestigia quasi ipse eundem consola
ciones se mutualiter a parte lateris

De sancta Barbara

hic viri vestem manu colligens v-
no dominum traxit ab officialibus cum
re considerante oculorum loco fide
li destituitur. Et mox extra
caliginem quam tam fides valeat in
crozam nove lucis se non ferens
mire pregaudio et admiratione
salubriter expertus est. Iste ip-
sius equitatus officio suus vo-
tis exemplum tempus et locum retulit et
conspectibus se supplicatur ad hibu-
it fide et visione se collegisse
testatus quod est qua dispuatus
est cecitate liberari potuisset
si qua visu manuum suam ex-
hibitam percussisset atque ipse me-
ret. Unde male vacantes hym-
des inde deo orbes. Quidam vero
ministrantium clericorum peluim cum aqua
desideratam clam porrexit qua
a manibus sacerdotis ad semper [illegible]
accedens suscipiens neque sui dme
volumus intuitu [illegible] ipso reser-
vaverat. Qua mox sancte tota
cetus fideli abluens expectat
omnis sine moras iam amplius
nulli conquestus est quod fugatus
tenebris serenissime lucis denique
sibi tunc primum illuxisse magnis
plausibus gratulatur. Dilectus
deo filius ultimum agens annum
dilemmi sibi mortem in Segebergh
plus solito [illegible] tres et o-
ranus pro statu periclitans ecclesie
suamque [illegible] summo [illegible] co-
mendans. Regressus coloniam post
illud ultimum sinodum in monte
olsulum cum quasi podagram dolorem
irremediabiliter incurreret pede

mox invidit quod novi circuiter
septuamus excedus reddite ad ex-
tra perductus. Sed post longam
egritudinem quo dominus vas electionis
sue decoraret, anno dominice incar-
nacionis millesimo septuagesimo
quinto expletus sui vigesimo primo
pridie nonas decembris illustre-
te servicia sabbati beatus vir prefuit
ad angelos et hominibus ad immor-
talia ex mortalibus distinguitur.
Hic est qui fusus sepultus in ecclesia
venerandus qui sedem suam
in diebus suis non permittit pri-
mo nec separat ubi aliquid
qui in omni ope suo dedit confessione
deo qui curavit gente suam
et liberavit illam a perdicione cuius
elemosinas enarrabit omnis
ecclesia sanctorum.

Beata barbara virgo gloriosa
omni laude digna de prole com-
Nicomediensis unica
fuit filia quam pater inclusit in
quadam turri propter eius pulchritudi-
nem. Et cum conservasset ei amicitiam
ut cum viro traderet ut de ea nepo-
tes haberet. Cum pater ei intima-
ret, viderit quod de hac re amplius
nollet audire sermonem et tra-
dita servicio [illegible] quod ad opus [illegible]
[illegible] ad aliam regionem profectus
est. Sancta autem barbara sepius de
turri descendit ut opus videret
[illegible] fenestram
[illegible] fuit
baptizata et dominum Christum sibi ad
[illegible] presens
sui conservans in ea. Sed [illegible]

descendens ad fontem fecit in eo
signum crucis tunc salvus et nunc quod
permanet usque hodie in memoria
eius ubi deus multas virtutes per-
ficit a beata virgine quem ostendit
Ipsa autem meditabatur in lege domini
die ac nocte vacans lectioni et
orationi et cum esset opus in ma-
re artifices duas fenestras ad
aquilonem exigerent rogavit ut
tertiam facerent et dum preter pre-
ceptum patris facere non auderent quia sic in
mandato accepissent ipsa dixit
ut culpam in eam refunderent quia
patri presentis tui facto renidet velle et sic
tertiam fenestram fecerunt Redi-
ens autem Dyoscorus et dum quereret
quare tertiam fenestram fecissent Ar-
tifices responderunt quod a filia coacti
hoc fecissent Dyoscorus autem cum
filiam suam de dicto facto interrogaret
Illa respondit deus de imperatori meo
gaudet trinitatem pre ceteris
ut postea autem interrogavit eam
secundum que esset eam hominibus unum
Illa respondit Ymmo fides hec tenet
ut unum deum in trinitate et tri-
nitatem in unitate veneremur Pa-
ter atque et filius et spiritus sanctus unus
est deus Hec audiens pater evagi-
nato gladio insilivit in eam perfo-
re et statim petra se aperuit et
Dyoscorus clausus est et sic fu-
git a facie eius et est persecutus
eam usque ad primum montem veni-
ensque ad duos pastores inter-
rogavit quo puella fugisset
Unus dixit se nescire alter vero
eam prodit et statim sonitu divina

ulatione cum oves eius in locustas
mutate sunt Pater autem eam prodidit vel
go in spiritu cognovit Pater autem
dum ad eam pervenit per comam eam appre-
hendit et crudeliter eam ad domum
suam pertraxit et multis verberibus
afflixit et eam in tenebrosum car-
cerem posuit et omnia que ad vitam
pertinent ei penitus negabat et
suadebat Marciano presidi ut eam
puniret eo quod esset christiana Marcianus
autem misit eam sibi presentari Presi-
dens cum quodam Gerontyo comite
sacramenti educta de carcere puella
in presentia et cum quereret eius filia
esset respondit filia sum Dyoscori et
Christo militem pro quo nos
vitam mori non dubitamus Preses
vero cum pulchritudinem eius vere
dumque admiraretur dixit Unum
e duobus elige aut sacrifica diis aut
morere Illa respondit Michi vivere
Christus est et mori lucrum deo qui peccatum
et omnes qui confidunt in eis Iratus
preses iussit virginem nudam pla-
gis torqueri et membra plaga-
ta et etiam cilicio fricari Pre-
ses ita afflicta est ut tota in
sanguine volutaret Secun-
de cum reducta fuisset in carcere
media nocte apparuit ei dominus
cum illis Christus cum ingenti lumine dicens
Confortare Barbara quia
de tua passione erit magnum
gaudium in celo et in terra non
timeas ego enim eruam te ab
omnibus penis que inferuntur tibi
et in manus eius signo crucis tan-
gentem et illam sanata sunt

plage eius et gaudebat de conso
latione divina. Mane autem cum preses
eam fulsisse vidisset et sanatam ipsam in
venisset dixit quod dii propitii sanaverunt
eam. Illa respondit: Dii tui similes
tibi sunt et quoniam adiuvabit
me qui sex pedes unuquique non potest
sed deus meus curavit me. Tunc
iussit preses latera eius ungulis
laniari et lampades ardentes
applicari et caput eius malleo
tundi. Virgo autem orabat dominum
ne eam derelinqueret. Item iussit
preses mamillas eius gladio ab
scidi et nudam circuire regionem cum
plagis novis sic eam adduci.
Et oravit sancta virgo dicens: Domine
deus dignare me tegere nuditatem
meam ne derideatur ab im
piis. Et statim angelus missus co
operuit eam stola candida. Nunc
inde preses iussit decollari. Dyos
corus autem non dignus de tali fi
lia duxit eam ad decollandum
in montem. Et virgo gaudens ora
bat dicens: Domine deus qui dedisti
nymphis tollerantiam concede mihi in
eternum tecum vivere et ut quicumque
in nomine tuo memores fuerint
diei passionis mee corpus ... perve
nire. Et quod ... populus sumus. Et
vox ad eam facta est: Veni sponsa
mea omnia que a me petisti ob
tenta sunt. Et deo gratias agens
a patre decollata est. Pater vero celesti
fulmine percussus est ita ut nec
pulvis de eo sit inventus. Cele
bratur eius passio sexto nonas
decembris. Valentinus autem vir

venerabilis collegit corpus eius
et sepelivit in loco qui dicitur sancti Iohannis
ubi die hodierna eius miracula
florent cooperante domino nostro Ihesu
Christo clemente.

Nicolaus civis Patherensis
urbis ex divitibus et sanctis
parentibus originem duxit. Pater
eius Epyphanius, mater vero Ioha
nna dicta est. Quem cum in primevo
iuventutis sue flore parentes ge
nuissent deinceps parentes conti
nentes vixerunt et celibem vitam duxe
runt. Hic prima die cum balnearetur
erectus ut dicitur stetit in pelvim.
Insuper quartam et sextam feriam tantum semel
ubera sugebat. Factus autem iuvenis
aliorum iuvenum declinans lascivi
as potius ecclesias frequentabat et humana
et quidquid inde de sacra scriptura intelligere
poterat memorie commendabat. Pa
rentibus vero suis defunctis cogi
tare cepit qualiter tantarum divitiarum
copiam non ad laudem humanam sed
ad dei gloriam dispensaret. Tunc
quidam eius vicinus satis nobilis tres
filias suas virgines ob inopie
penuriam cogitur ut sic earum commercio
alatur. Quod ut vir
sanctus comperit scelus abhorruit
et massam auri involutam panno
in domum eius per fenestram nocte clam
iecit. Mane autem surgens homo
massam auri reperit et deo gratias
agens primogenite nuptias cele
bravit. Non multo post tempore dei
famulus simile peregit opus. Quod
iterum ille reperiens et in laudes
immensas prorumpens decrevit vigilare

disposuit ut sciret quis esset qui
sue inopie subvenisset. Post pau
cos etiam dies duplicatam auri
massam in domum proiecit. Ad cuius
sonitum ille excitatur et nicolaum
fugientem insequitur taliaque voce allo
quitur. Siste gradum te rogo ne as
pectum meum subtrahas sicque ac
celerans velocius hunc nicolaum
esse agnovit. Mox humi pro
stratus pedes eius osculari
volebat. Quod ille fugiens ab
eo exegit ne eum quoad viveret
publicaret. Post hec civitatis
mirree defuncto episcopo conve
nerunt episcopi illius ecclesie de episcopo pro
visuri. Aderat autem inter eos quidam
magne auctoritatis episcopus
ad cuius electionem omnium sententia
l. iiij dependebat. Cum igitur cunctos
ieiuniis et orationibus insistere
monuisset nocte illa vocem
audivit dicentem sibi ut hora ma
tutinali fores ecclesie observa
ret et quem primum ad ecclesiam
cuius etiam nomen nicolaus
venire conspiceret ipsum in episcopum
consecraret. Hec igitur aliis re
uelans episcopis commonuit omnes
orationi ut insisterent et ipse pro
foribus excubaret. Mira res in eo
dem hora matutinali quasi a deo mis
sus ante omnes surgebat
nicolaus. Quem apprehendens
episcopus dixit ei. Quod tibi nomen est.
Ille ut erat columbine simpli
citatis plenus inclinato ca
pite nycolaus inquit vir sanctita
tis vestre. Quem in ecclesiam ducen

tes licet plurimum renitentem in ca
thedram collocaverunt. Ipse autem
eandem humilitatem quam prius habe
bat et morum gravitatem in omnibus
sectabatur. In oratione pervigilabat
corpus macerabat mulierum con
sortia fugiebat humilis erat in
omnes suscipiendo efficax in loquendo
alacer in exhortando severus in
corripiendo. Fertur quoque sicut in quadam
cronica legitur sanctum nycolaum in
niceno interfuisse concilio. Cumque l. v
autem dominus eum vellet assumere rogavit
eum ut sibi angelos suos mitteret
et inclinato capite angelos ad se
venientes vidit et dicto psalmo In
te domine speravi usque in manus tuas
domine commendo spiritum anno domini
ccc.^mo xliij ubi celestium melodia
audita est. Qui cum sepultus fuis
set in tumba marmorea a capite
fons olei et a pedibus fons aque
prorupit et usque hodie ex membris eius
sacrum redundat oleum valens
ad salutem multorum. Successit
autem ei vir bonus qui tamen de sede sua
ab invidis est depulsus quo eiecto
oleum fluere desiit sed eo revocato
protinus emanavit. Post multum
vero tempus turci mirream destru
xerunt. Venientes vero barenses xlvij
illuc pertinentes quatuor monachis sibi osten
dentibus tumbam sancti nycolai et aperientes
invenerunt ossa eius et in oleo na
tantia in urbem barrensem honorifice l. vj
detulerunt anno domini m.lxxx
viij. Vir quidam ab uno iudeo quandam
pecunie summam mutuo accepit
iurans super altare sancti nycolai

cum alium fideiussorem habere nesciret
quod christianus possit sibi redderet. Tenente
autem illo diu pecuniam iudeus illam
expostulabat. Sed eam se reddidisse
affirmat. Trahitur igitur cum ad iudicium
et iuramentum indicitur debitori. Ille
baculum cauatum quod auro minuto
impleuerat secum detulerat ac si eius
amminiculo indigeret. Volens igitur facere
iuramentum iudeo baculum tradidit
retinendum. Iurat ille quod plus redde
rat etiam quam debebat. Post iuramento
baculum suum repetit et iudeus igno
rans astutie eum sibi reddidit. Re
diens autem qui fraudem fecerat in quodam
biuio oppressus corruit sompno
currusque magno impetu veniens
eum oppressit et baculum plenum au
ro fregit et aurum effudit. Audiens
hoc iudeus concitus illuc venit. Sed cum
dolum vidisset et a multis ei suggere
retur quod aurum caperet omnino renuit
nisi qui defunctus erat ad vitam beati
Nycolai meritis redderetur asserens
se si hoc fieret baptizari velle et
se christianum fieri. Continuo autem qui
defunctus fuerat resuscitatur et iudeus
ille in christi nomine baptizatur.

Conceptionis gloriose geni
tricis ac perpetue virginis ma
rie precelsa sollempnitas
cunctorum letificat corda piorum atque
ad sinceri amoris affectum inuitat
mentes singulorum. Atque cum gemi
tu et impensu sine tamen ad filium
suum laudem pergimus. Cauendum nobis
est ne pigri et tardi in obsequio
genitricis dei inueniamur. Sed cum honore
et gaudio huius diei de illius sacr

conceptione gloriosam deuote celebre
mus. Nullum enim sufficere debet eius
dignitati simile. Dignum namque est
celi reginam matrem domini dei
matrem quam omnis celestis curia
honorat a terrigenis suis et
famulis suis summa deuotione
honorari. Atque inter alias festi
uitates ipsius merito est recolenda
dies sancta dies beata dies
gloriosa dies de eius concep
tione letabunda. Exultet ergo
omnis ecclesia sancta et omnis mundus in
hac die congratulatur ipsi conceptam
esse beatissimam virginem mariam. Letati sunt
angeli et omnes sancti mundus illuminatus
est quia eius conceptio iam erat initium
primo nostri salutis in primo per
cata venture. Nunc namque inter mi
na visita cor eius cernebat ante
parabat via per quam ad terras
deus venturus erat. Ad hoc concepta
est beatissima virgo maria ut in
vtero eius filius dei conciperetur de spiritu
sancto. Ad hoc nata est ut inde deus ho
minis nasceretur et ea quia ante
secula elegit et predestinauit sibi
matrem. Ipsa namque dei sapientia que
nouit omnia antequam fiant cum omni
potentia sue diuinitatis hominem
esse voluit et lapsum eius preui
dit et de ordine reparandi eum agno
uit. Vbi misericordia affirma opera
tiens in matre nec quia noueat
se accepturum ipsos primos parentes
non funditus eternum sed curauit
genus illorum et posteritatis con
seruare. Enim in eterna sancta eius
natiuitatis colit. Sic debet et celeb